Eugenius eps servus servorum dei Ad futuram rei memoriam

Sacre religionis sub qua dilec ti filii .. Prior et fratres domus sanc ti Ambrosii extra muros Mediolanen ad Nemus nuncupate sub regula sancti August ti viventes devotum et sedulum exhibent Altissimo famulatum, promeretur hones tas ut ea que ipsis oportuna esse conspicimus favore sibi benivolo concedamus. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte dic torum Prioris et fratrum petitio continebat, domus predic ta tam ex privilegiis et indultis aplicis quam ex illius s tatutis et consuetudinibus, per Priorem Annalem qui ab eisdem fratribus eligitur, et elec tio huiusmodi ab Archiepo Mediolanen protempore exis tente confirmatur, ita videlicet quod singulo cuiuslibet prioris Anno finito, ipse in manibus dic torum fratrum huiusmodi Prioratus renuntiat offitio et pos t renuntiatione huiusmodi, nova vel de ipso denuo vel de ydoneo alio Priore elec tio per fratres celebratur et per Archiepm confirmatur eosdem regi et gubernari hac tenus consueverit, ac confirmatio huiusmodi, que non sine sumptu obtinetur, Priori et fratribus ipsis ad quorum sustentatione absque mendicatis xpifidelium suffragiis proprie facultates non suppetunt quamplurimum onerosa reddatur, Nos cupientes ut iidem Prior et fratres eo quietius et devotius contemplationi divinorum insis tere valeant quo maiori per aplicam sedem fuerint libertate muniti, eorum in hac parte supplicationibus inclinati eisdem Priori et fratribus aplica auc toritate concedimus tenore presentium s tatuentes quod Annalis Prior huiusmodi domus qui erit protempore eo ipso quod canonice per fratres predic tos saltem videlicet a duabus partibus ipsorum elec tus fuerit, absque ulla huiusmodi elec tionis confirmatione, libere administrare ac domum ipsam regere et gubernare licite perinde valeat ac si elec tio ipsa esset per Archiepm predic tum aut alias canonice confirmata. Non obs tantibus premissis et cons titutionibus aplicis ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat Rome apud Sanc tumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimo tricesimosecundo Decimoseptimo kl Februarii Pontificatus nostri Anno Secundo.

Grans pro deo.
A. Fidelis.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 6 (75)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1797459945-19/fragment/page=0001

Eugenius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam

[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1797459945-19/fragment/page=0002

1432 17 Jan
Roma

EUGENIUS EPS SERVUS SERVORUM DEI AD FUTURAM REI MEMORIAM

Sacre religionis sub qua dilecti filii .. Prior et fratres domus sancti Ambrosii extra muros Mediolanen ad Nemus nuncupate sub regula sancti Augustini vivientes devotum et sedulum exhibent Altissimo famulatum, promeretur honestas ut ea que ipis oportuna esse conspicimus favore sibi benivolo concedamus. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum prioris et fratrum petitio continebat, domus predicta tam ex privilegiis et indultis aplicis quam ex illius statutis et consuetudinibus, per priorem annalem qui ab eisdem fratribus eligitur, et electio huiusmodi ab Archiepo Mediolanen protempore existente confirmatur, ita videlicet qd singulo cuiuslibet prioris anno finito, ipe in manibus dictorum fratrum huiusmodi prioratus renuntiat offitio et post renuntiatione huiusmodi, nova vel de ipo denuo vel de ydoneo alio priore electio per fratres celebratur et per Archiepm confirmatur eosdem regi et gubernari hactenus consueverit, ac confirmatio huiusmodi, que non sine sumptu obtinetur, priori et fratribus ipis ad quorum sustentatione absque mendicatis xpifidelium suffragiis proprie facultates non suppetunt quamplurimum onerosa reddatur. Nos cupientes ut iidem prior et fratres eo quietius et devotius contemplationi divinorum insistere valeant quo maiori per aplicam sedem fuerint libertate muniti, eorum in hac parte supplicationibus inclinati eisdem priori et fratribus aplica auctoritate concedimus tenore presentium statuentes qd annalis prior huiusmodi domus qui erit protempore coipo qd canonice per fratres predictos saltem videlicet a duabus partibus ipsorum electus fuerit, absque ulla huiusmodi electionis confirmatione, libere administrare ac domum ipam regere et gubernare licite perinde valeat, ac si electio ipa esset per Archiepm predictum aut alias canonice confirmata. Non obstantibus premissis et constitutionibus aplicis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre concessionis et ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Aplorum eius se noverit incursurum. Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimo tricesimosecundo Decimoseptimo Kl Februarii Pontificatus nri Anno Secundo.

& Revmo pre ... Te
Visa ...

Grans pro deo.
A. Fidelis

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 6 (75)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1797459945-19/fragment/page=0003
DFG